

CIRCARIA FLANDRIAE

Haec Circaria, quae complexa est partes dioecesium Cambrai, Tournai, Arras, Noyon et Théroüanne (postea etiam Ieper, St. Omer et Boulogne), eandem fere sortem habuit circa omnia quam praecedens. Saeculo XII totum territorium, in quo canonicae eius sunt sitae, lato sensu appellabatur „Flandria“, et pertinebat ad regnum Galliae, etsi tres tantum canonicae (Licques, Veurne et Drongen) fuerint linguae flandricae. A saeculo XIV, haec regiones paulatim factae sunt independentes, et considerabantur ut partes Belgii, sub tutela Sacri Romani Imperii. Licques pedetentim fit linguae gallicae. Tamen omnes abbatiae, verbi gratia Vicogne, Chateaudieu, Mont St. Martin, Théroüanne, immo et aliquae abbatiae Circariae Ponthivi vicinae — etsi ipsae linguae gallicae — arcetes semper habuerunt relationes cum Flandria, in qua possedebant bona, prioratus et ecclesias, et ex qua semper pars communitatis earum erat oriunda. Circa vitam internam, parum differt Circ. Flandriae a Brabantica, de qua consule praefationem hic supra, sicut et ea quae dicemus infra, ubi de Circariis Galliae in genere, de canoniis in hoc regno sitis. Moniales in hac circaria pluries non sunt translatae in alium locum, sed manserunt iuxta abbatiam, ibique paulatim sunt extinctae. Numerus parochiarum erat conspicuus, longe maior quam alibi in Gallia. De cetero, laudabilia et gloriosa sunt dicenda de plerisque canoniis huius Circariae. Si praetermittimus Vermand, omnes erant insignes, florentes, zelo disciplinae et studiorum ferventes, artem quoque colentes. Vicogne erat e pulcherrimis et praecipuis abbatiis totius Ordinis.

A saec. XVI, Artesia revertit ad Galliam, saeculo sequenti etiam regio circa Valenciennes. Separatio rigorosa efficitur inter canonicas belgicas et gallicas. Duae tantum abbatiae huius Circariae superant in Belgio, Veurne et Drongen, quae abhinc de facto Circ. Floreffiae sunt addictae¹⁾, canonicae vero in Gallia sitae unitae sunt Circariae Ponthivi, de qua infra. Initio designabatur haec nova Circaria tamquam „Ponthivi“,

¹⁾ Asceterium Tusschenbeek an. 1705 transiit ad Circariam Brabantiae, et canonica Genlis (Circ. Franciae), antequam nomen dedit Congregationi Antiqui Rigoris, videtur transiisse ad. Circ. Flandriae.



vel „Ponthivi et Flandriae“, postremo autem praevaluit nomen „Circ. Flandriae“, quae, etsi immania fuerat perpessa in bellis saec. XV/XVII, facta est florentissima totius Galliae. Quatuor enim canoniae (Vicogne, Théroüanne, Dommartin et St. André) semper manserunt regulares, et omnes habuerunt communitates longe maiores quam mos erat in reliquis Circariis Galliae.

Hodie, proh dolor, Ordo est extinctus in hisce regionibus. Totius circariae subsistunt duae ecclesiae tantum: Drongen et Licques, et hae quidem mutilatae. Hoc excepto, interitus omnium ecclesiarum, et omnium fere aedium est plangendus. Archiva pariter quoad magnam partem sunt amissa.

Quoad bibliographiam, fontes et archiva, consule elenchos supra apud Circarias Frisiae, Brabantiae et Floreffiae. Pro Gallia, vide infra apud „Circarias Galliae in genere“.

VISITATORES ET VICARII ABBATIS
GENERALIS (ACG Laon)

Abb. Cuissiacensis 1498	Abb. Generalis 1574/75, 1619/22
Abb. Laudunensis 1499/1500, 1535/38	Abb. Bonae Spei 1584
Abb. Generalis cum aliquo praelato 1501/02	Abb. Floreffae, sed monasteria gallica: Abb. Generalis 1657
Abb. Generalis 1503/04, 1506/08, 1510/11, 1513/34	Abb. Bonae Spei, sed Mont St. Martin Abb. Generalis 1663
Idem, sed Théroüanne et Licques visitantur ab abb. Cuissiac. 1509	Ceteroquin abhinc ut in Circ. Flo- reffiae, pro Gallia nihil invenire potuimus
Abb. de Séry et Sélincourt 1512	

CHATEAUDIEU St. Martinus

Castellum, Castellum Abbatiale, -Dei, -Mauritanie, -Mortanie, -Sti. Martini; Casa Dei; Mortuorum Stagnum, Sti. Martini de Castello. — Château-l'Abbaye, -Mortagne, St. Martin du Château, Château-lès-Mortagne; -près-Mortagne; Mortagne. — Hodie appellatur: Château-l'Abbaye.

Non longe a limitibus Belgii, ubi fluvii Scaldis et Scarpe confluunt, prope St. Amand-les-Eaux, Dép. Nord, dioc. Tournai, dein Arras, nunc Cambrai. Haec

regio ante annum 1312 fuit territorium dominorum de Mortagne, annis 1314—1526 et ab anno 1668 spectat ad Galliam, 1526—1556 vero ad Imperium, dein 1556—1668 ad Hispaniam.

Abbatia. Fundatio anno 870 pro canonicis vel monachis, per Ludovicum Pium est spuria. Saeculo XII ibi fuit aut antiqua ecclesia parochialis, aut parva collegiata, quam Radulphus dominus Mortaniae studuit vertere in coenobium post annum 1141. Iam tractaverat cum Cisterciensibus de Dunis, cum anno 1155 rem decidit pro Ordine Praemonstratensi, et Castellum factum est filia Viconiae vicinae. Fundator factus est primus abbas. Inter religiosos huius domus semper multi fuerunt stirpis flandricae. Ecclesiae incorporatae: Château-l'Abbaye, Bruille St. Nicaise, Mortagne, et capella N. D. au Bouis. Interdum etiam Flines-lez-Mortagne a canonicis fuit administrata. Abbates, qui omnes fuerunt regulares, anno 1681 sunt mitrati. Canoniam possedit refugium in Tournai. Reditus annui 9124 Librarum. Anno 1768: 15 religiosi, anno 1790 in bibliotheca fuerunt 553 volumina. Eo anno suppressum est, sed an. 1793, mense septembris, ab Austriacis irruentibus restauratum. Versus finem anni sequentis. Galli victores definitive canoniam suppresserunt. Nihil omnino de aedibus superest, loco canoniam nunc est pratium.

Archivalia: Arch. Dép. du Nord, Lille H 58, I/438, continens 8 capsas, 78 registra, 28 fasciculos. 3 Cartularia (saec. XVI/XVIII), Chronicon auct. C. OUDIN (1680) 58 H 109 — Ibid. Sér B. cf. ISAD (1939) nr. 445, et Rép. Numér. B (1921) 19 710, idem H (1943) 233/54 — BN Paris Coll. Moreau t. 97 f. 123, t. 100 f. 45 — Arch. Et. Mons 2 chartae, 1 fasc. 1308/1790 — AGR Bruxellis: Fonds des Pap. d'Etat 909, 929, 932 (electiones). Cf. etiam LEFEVRE *Arch. Jointe de Valenciennes* (v. infra ap. Vicogne) p. 20 — ACG Laon 636 — BMunDouai MS 820: 44, 822: 6, 966 (Epitaphia) — Arch. Dép. Calvados H 24 — BMun Nancy MS 992 (1752) 166/80.

Fontes et Litteratura: HUGO I 489, pr. 380/82 — WAEFELGHEM 57 — AUVRAY 357 — BERLIERE *Coll. Pont.* cf. ind. (erronee OSA) — BRONTIN v. Vicogne — BROUWERS 349 — CatMSSBDep VI cf. ind. — CHEVALIER 668 — COTTINEAU 724 — DARAS ANF 54 — DEMAY, *Flandre* 6727, 6964/66 — DERAMECOURT I 146, 163, 174 — DEVILLERS *Cart. Comt. Hainaut* (1896) VI 789 — DHGE XII 578 — DUPRE 13 — DUTEMS IV 194/95 — DUVIVIER *Actes* 411 — *Gall. Chr. nova* III 468/69 — GOOVAERTS I 213, 556, III 27 — JAFFE 12 244 — LAUER II 169 — LECESTRE 46 — LEFEVRE *Inv. C. S. C. Fr.* 33, 93, 140, 268, 269, 295, 301, 325, 346 — LEGLAY *Cam. Chr.* (1849) 194, 336/38 — LONGNON *Pouillés* VI 250, 378, 414, 718 — MIGNE t. 200 c. 924 — MIRAEUS/FOPPENS II cf. ind. p. iiij — OMONT 8 — PETER/POULET (v. Vicogne) cf. ind. — RAMACKERS

PURkN 155 — *Reg. Léon X* 3822 — *Reg. Urbain IU*, t. IV 86 — STEIN 899 —
 TCCD II, IV, X 1860, XI 2 — VALVEKENS *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — M.
 LEGLAY, *Mémoire sur les Archives du monastère de Château-l'Abbaye*,
 AHNFB 1857 (3e sér. VI) 39/45 — BENEZECH DE ST. HONORE, *Notice*
abrégée sur les archives de l'ancienne abbaye de Château près Mortagne
(BCH du Nord III 1847, 61/69) — A. BOCQUILLET, *Les origines de*
Château-l'Abbaye, (*Revue tournaisienne* IV 1908, 157/63) — A. DINAUX,
Rapport sur les archives de Château-lez-Mortagne, leguées au depot central des
Arch. Dép. du Nord (AHNFB 3e sér. I, 1850, 227/38) — J. GENNE-
 VOISE, *L'Abbaye de St. Martin du Château (BSECamb XXXVIII 1938/40,*
pp. 57/131, cf. Anal. Praem. XVIII, 1942, 152/53) — IDEM, in *SEt de Cambr.*
 XXXVI (1937) 126 — E. HAUTCOEUR, *Cartulaire de l'Eglise Collégiale de*
St. Pierre de Lille, s. I. 1894, II 1172 — d'HERBOMEZ, *Histoire des chateleurs*
. . . de la maison de Mortagne, *MSH Litt. Tournai XXIV 51, 320, XXV*
 283/94 — V. Van GENECHTEN, *Rond de afzetting van den abt van Château*
l'Abbaye, Hermes du Pont 1625/29 (Anal. Praem. IV, 1928, 154/72).

Series abbatum (GENNEVOISE, emend. sec. *Rep. Numér. 1921*,
 auct. PIETRESSON)

Radulphus 1155—	Petrus 1298/99
Adam 1162	Nicolaus de Montigny 1308
Radulphus 1173	Michael 1311/17
Robertus ca. 1180	Jacobus 1332
Heribertus 1 ^o 1183—90	Walterus de Templemars 1354/55
Radulphus 1191—97	Jacobus le Musit 1355/56
(dein abbas in Viconia)	Walterus 1380
Heribertus 2 ^o 1197—99	Jacobus Cornut 1401
Raynardus 1199—1205	Gerardus Foucquart 1410 res.
(dein abbas in Bona Spe)	Joannes Hanouze 1417— ca. 1430
Guarinus 1208/15	Goswinus Corbizon ca. 1430,
Odo 1221	res. 1445
Everardus 1229/36	Gerardus Caron 1445—
Balduinus 1240?	Joannes Gourdin 1473/1500
Robertus 1240/48	Joannes Auffroit 1500—20 res.
Stephanus 1250/72	Judocus Pasquier 1520/22—58
Joannes 1290	Petrus Brassart 1558—65

Oliverius de Bouchagem 1565—80	Michael Roguet 1656—75
Wilhelmus Monart 1580—90	Joannes Gerard 1676—84
Jacobus Thierry 1590—1603	Basilius Wéry 1684—1711
Hermes du Pont 1603—26 depos.	Basilius de l'Espierre 1711—46
Goswinus van Waert 1626—28	Godefridus Gaillard 1747—85
Arnoldus Baudouin 1628—40	Antonius Delvigne 1787—90,
Joannes Magnet 1640—56	† 1842

DIKSMUIDEN Sta. Caecilia

Dixmuden, -muiden, -mude. 't Collegie der Norbertinen.
Oppidum in Flandria Occidentali, in Belgio. Dioc. Yprensensis, nunc Brugge.

Anno 1629, abbas Furnensis fundavit in ea civitate collegium, in quo quatuor, postea tres canonici suae canonicae docebant humaniora. Anno 1670 Capitulum Generale hanc domum evexit in prioratum conventualem, quod vero non videtur fuisse in praxim deductum. Aedes, quae discernuntur in imagine civitatis apud Sanderum, sunt spectabiles. Circa annum 1772 abbatia hunc prioratum cum collegio cessavit Ordini Fratrum Minorum. Ultima residua aedium deleta sunt in bello 1914/18.

Litteratura: WAEFELGHEM 63 — SANDERUS *Fl. I ll.* III 347, 349 --
Cetera vide apud Veurne.

Priores (sec. Necrol. Sti. Nicolai Furn. ²⁾)

Martinus de Coker 1646/56	Philippus Carlier ante 1682
Hermannus Vermeersch ante 1660	Maximilianus De Cauwere —1702
Augustinus Hardevuyt 1668/72	Hermannus Jos. Leroux obiit 1722
Joannes Morel † 1679	Andreas Cleync † 1707
Carolus De Brauwer ante 1682	Fredericus Codron † 1772

DOUAI St. Joseph

Collegium Duacense.
Civitas in Gallia, Dép. Nord, Dioc. Cambrai.

Christianus Druyve, abbas Sti. Nicolai Furnensis emit in parochia Sti. Albini, a comite de Montmorency, anno 1623, domum quae erat magni-

²⁾ Vide infra notam apud Veurne Bethania.

ficentissima, ad instituendum studium theologicum pro circaria³⁾. Non diu floruit, et praeter studentes, unus tantum canonicus Furnensis generatim ibi residebat. Anno 1662 abbatia Sti. Nicolai hanc domum vendidit Carthusiensibus, qui loco eius nova erexerunt aedificia. Collegium cessavit existere.

Archivalia: vide Veurne. Cf. etiam BMun Douai MSS 979, 1021.

Litteratura: WAEFELGHEM 63 — COTTINEAU 993 — GOOVAERTS I 170, 206, 486, 560, II 91, III 37, 99, IV 296.

Priores (Necr. Sti. Nicolai Furn., GOOVAERTS)

Adrianus Roels 1623—38	Hermannus Jos. Vermeersch 1660—62
Godefridus Corteville 1639—46	
Nicolaus de Lameter ante 1660	

DRONGEN B. M. V.

Trunchinium, Troncinium — Dronchen, Dronghen, Droenghen, -ene, Tronchen. Gallice: Tronchiennes, Trunchiennes.

Ad flumen Leie (Lys), prope Gandavum versus austro-occidentem, in Belgio. Dioc. Tournai, ab an. 1560 Gent.

Abbatia, fundata anno 1136 ab Iwano de Gent, domino de Aalst et Waes, pro canonicis OSA in Saleghem (Com. Vracene, O. VI.). Ab initio monasterium duplex (v. infra sub Peteghem). Biennio post transierunt ad Ordinem nostrum, sub paternitate Sti. Martini Laudunensis, simulque transtulerunt sedem suam in Drongen. Ibi iam saeculo IX fuerat ecclesia collegiata, cuius canonici nunc locum dereliquerunt. Moniales lictae sunt in Peteghem, unde annis 1148/55 partim translatae sunt in Cherscamp. In quod asceterium, postea translatum in Tusschenbeek, abbates Trunchinienses paternitatem exercuerunt usque ad annum 1705. Curias possedit canonia in Nevele⁴⁾, Hengstdijk (Zeeland) usque 1645, Spinoit Wisbeek, et praesertim Hulsterloo, de quo vide infra sub dubiis. Parochiae incorporatae: Nevele, Hansbeke, Drongen, Landeghem, Zonneghem, Ursel, Peteghem, Astene, Verrebroek, Cherscamp. In Neerlandia: Pauwelspol-

³⁾ Abbatia Sti. Nicolai iam antea multos fratres miserat Duacum propter studia praesertim abbas Phil. van Damme. (GOOVAERTS III 37).

⁴⁾ Antea fuit ecclesia collegiata. Canonici an. 1146 bona et domum cesserunt abbatae Drongen, quae, suppressa collegiata, ibi instituit parochiam et curiam. Simile quid factum est in Liedekerke (v. supra p. 314).

der, Hulsterloo et Hengstdijk. In ecclesia abbatiali fuit magna peregrinatio ad Stum. Gerulphum⁵⁾. Praeter Tusschenbeek, abbas paternitatem exercebat in canoniam Dieleghem (Circ. Brabantiae), et in prioratum cisterciensem Waarschoot. Reditus annui: 1767: 5482 Librae, postremo 10864. Abbates anno 1540 infulantur. 1564: 11 canonici residentes. Devastatum in bellis an. 1452, 1566 et 1578. Sub abbate Livino Baes 1558—84) conventus aufugit a facie Calvinistarum, abbatiam funditus evertentium, in Gandavum, ubi in refugio suo sedem fixit. Gubernium acatholicum anno 1579 abbatiam dono dedit Principi Arausicano, cuius filius anno 1609, bonis istis renuntiavit. Dein refugium Gandavense mutatum et ampliatum est in claustrum, anno 1608 consecratur ecclesia. Tamen aedes Trunchinienses paulatim restaurantur, anno 1636 ibi incipitur constructio novi monasterii, quae ob bella cum Gallis retardatur. Anno demum 1698 conventus reversus est Trunchinium de novo constructum. Anno 1797 suppressum est. Restauratio intenta non successit, anno 1837 Patres S. J. novitiatum ibi instituerunt. Anno 1800 chorus, sive ipsa ecclesia abbatialis fuerat destructa, reliqua pars ecclesiae nunc est parochialis. Aedes monasterii, quae sunt modestae, supersunt.

Archivalia: RAGent, 211 documenta: scil. registra, manualia, processus, rentalia, chartae. Chronicon Trunchiniense 1640, contin. — 1698 (ed. De SMEDT): alter Codex in Arch. S. J. Drongen, alter in RAGent — Arch. S. J. Drongen: 2 cartularia (saec. XIII et XIV), registra, manualia, rentalia saec. XV/XVIII, et 26 alia documenta (XIII/XVIII s.). Historia abbatiae MS auctore P. J. B. GOETSTOUWERS S. J. († 1945) — AAG: Copia obituarii 1775, rentalia — BMun Douai MS 818 fol. 623/51 (notae histor. saec. XVI) — Arch. Dép. du Nord, Lille Sér B., cf. ISAD (1939) 445, 1505, *Rép. Numér.* (1921) 169 — AGR vide D'HOOP III 265 — Ibid. Pap. d'Etat nr. 898, 911, 919, 929 (electiones) AAPa VII 65, XVII 2, XLIV 4.

Fontes et Litteratura: HUGO II 987, pr. 602/12 — WAEFELGHEM 298 — BERGER 1099 — BERLIERE *Inv. Cam.* cf. ind. — IDEM, *LOblSol* cf. ind. — IDEM, *Notes Hugo*, passim — IDEM, *Prov. Abb.* 155/66 — *Biogr. Nat.* XXIX 20 — BROM OBSUtr I nr. 415, II cf. ind., III p. 340/41 — IDEM *Reg. Utr.* 414, 433 — IDEM *Reg. Utr. 1301/40* cf. ind. — BROUWERS 237 — CANIVEZ III 97? — *CatMSSBDep* VI cf. ind. — *Chambre Ap. Martin U* I nr. 366 — CHEVALIER 929, 3174 — CLAESSENS 530 — *Corresp. Phil.* II, II 697 — COTTINEAU 3223 — DEMAY *Flandre* 6803, 7185 — DUBRULLE, *Les bénéficiers des diocèses d'Arras, Cambrai, Théroouanne, Tournai pendant le pontificat de Martin U*, s. l. 1905, 699, 732 — IDEM, *Bull. Prov. Reims* cf. ind. —

⁵⁾ Vide „*Adventum Sti. Gerulphi in mon. Trunchiniensi 914/1088*“, MGH SS XV, ij 907.

DUCHESNE pr. 75, 209, 211, 212, 215, 217, 218, 225, 272, 462, 512 — *Form. Pr.* 124, 125 — *Gall. Chr.* N. V 233 — GOOVAERTS I 56, 72, 80, 141, 172, 290, 307, 315, 403, 500, 583, II 191, 201, 204/06, 208, 275, 346, III 65, IV 21, 33, 89, 106, 338, 340, 358 — *Invent. Archéol. de la Flandre Orient.* (1912) VII — *Inv. Cart. B* I 113 — JADIN *Actes* 606/07 — JAFFE 8152, 9106, 9989 — *Lettr. com. Jean XXII* cf. ind., item ed. AVB — *Lettr. com. Urbain V* 1068 — LONGNON *Pouillés* VI cf. ind. — *Matr. Univ. Lov.* II cf. ind. — MICHEL 128 — MIGNE PL t. 220, c. 1155 — MIRAEUS/FOPPENS cf. ind. II xij — POST Eigenk. 91, 119, 120, 134, 141 — De POTTER/BROECKAERT I r, 2e éd. Drongen pp. 66/106 — POTTHAST 21 775, 24 474 — RAMACKERS *Urk. Nancy* 136 — *Rég. Urbain IV* I 448 — de ST. GENOIS cf. ind. 565 — SANDERUS *Flandria III.* I 308/12 — STEIN 3959 — TCCD II/V, VII, X, XI 1 — VALVEKENS *Doc. Prém.* I 168, 177, 181, 221, 225/26 — IDEM *Vis. Can.* II 115, 226 — VAN DEN GHEYN IX 202 — De WACHTER II 732/33 — WAEFELGHEM *Abbés XII* 25/29 — A. FRUYTIER- *De Norbertijnen of Premonstratensers te Hengstdijk, Pauluspolder en Hulsterloo 1578/1600, (Sta. Maria te Breda III nr. 28/30)* — P. SCHEPENS, *Le manuscrit de la Chronique de l'Abbaye de Tronchiennes*, BCRH XCIX (1935) 1/8 — SCHOORMAN, *Inventaire sommaire des Archives de N. D. de Tronchiennes*, s. l. et d. — De SMET, *Chronicon Trunchiniense 517/1640, Appendices 1084/1630* in: RCF (1837) pp. 589/734 — J. WALTERS, *Geschiedenis der Zusters der Byloke te Gent*, Gent 1930 II 258, 259, 264, 266, 267 — *Martyrologium Trunchiniense*, AA. SS. Belgii V 228 — *Zegbrief van den abt van Drongen 1360, (Belgisch Museum voor Nederduitsche Tael- en Letterkunde VI, Gent 1842, 179/81)* — AARAB 1872, 312 — *Anal. Praem.* XIII 161/63, XXVII 169, XXX 256 — BBH 1888 176 — BCRH Ind. III 137, V 423, VI 387 — MSHB 1878 129/33, 1879 1/4 — *Oostvlaanderen IV* (1955) 27/29.

Antiqua delineatio vel imago abbatiae hactenus inventa est nulla, praeter specimen ligneum saec. XVIII in Bibliotheca PP. S. J. in loco.

Series abbatum (MS. GOETSTOUWERS⁶⁾)

Goswinus 1138—52 res.	Gerardus 1192 res.
Clemens 1152 res.	Giselbertus 1193—1226 res.
Joannes 1152/60	Sigerus 1226/28
Walterus 1160/69	Solkin 1234 ⁷⁾ ?
Absalon 1172/77	Sigerus 1235
Walterus 1180/90	Simon 1235/50, res. ante 1254
Hugo 1190 res.	

⁶⁾ Secundum Archivum PP. S. J. Drongen, et alia archiva optime concinnatum.

⁷⁾ HUGO l. c. Nihil est notum praeter nomen. Putamus eum esse eundem ac Sigerum.

Gerardus 1254/63 ⁸⁾	Walterus Bollyn 1470—85
Arnulphus? 1269?	Raso Goetghebuer 1485—90
Wilhelmus 1267/74	Wilhelmus Huyghs 1490—1514
Gerardus 1279/84	Petrus De Block 1514—40 res.
Mathias † 1284	Egidius Baes 1540—59
W . . . 1288	Livinus Baes 1559—84
Joannes 1289/90	Franciscus Schauthet 1584—1602
Arnulphus van den Ecke (1 ^o ?)	Livinus van der Meulen 1602—25
1290/1304, 1318?	Jacobus Goethals coadj. 1624,
Gerardus van Nevele 1304—23	abb. 1625—47
Henricus van Sevenberghe 1323,	Augustinus Merlyn 1648—61
1327?	Norbertus van den Kerckhove
Arnulphus van Hecke (2 ^o ?) 1327	1662—72
Raimundus de Vos 1331	Augustinus Mackoen 1672—93
Sigerus v. Kortrijk † 1336 ⁹⁾ ?	Claudius Steuperaert 1693—1731
Joannes Walaerts 1341/47	Petrus De Caesemaeker 1731—40
Sigerus van Hamme 1358—89	Antonius De Stoop 1740—67
Joannes Kimpe 1389—98 ¹⁰⁾	Reinerius Heye 1767—91
Joannes Colynszoon 1398—1417	Adrianus De Coninck 1792—97,
Oliverius Stappinck 1417—45	† 1810
Joannes Voet 1445—70 res.	

HARCHIES St. Blasius

Archies, Harchia.

Prope Bohain, arr. St. Quentin, Dép. Aisne. Dioc. Noyon, nunc Soissons. Gallia.

Parthenon, ortus probabiliter circa annum 1140 per translationem sororum Viconiensium. Necrologium Viconiense meminit Agnetem priorissam de Harchies¹¹⁾, quam domum combustam reconstruit abbas Simon¹²⁾,

⁸⁾ HUGO nuncupat eum Gualterum, quem sequeretur Gerardus, dein venit Arnulphus an. 1269. Quae videntur carere probatione. Secundum Cartul. abbatae (Arch. Drongen 3, et ibidem 1/33 v, 34 r, 2 77 r) invenitur pro hac periodo tantum G abbas (= Gerardus).

⁹⁾ SANDERUS l. c. (GOETSTOUWERS omittit).

¹⁰⁾ HUGO dicit eum obiisse an. 1397, et successorum habuisse „Rasonem Boni Vituli“, qui tamen aliunde non est notus. Probabiliter est confusio cum Rasonem Goetghebuer, recte „Boni Vicini“, de quo infra.

¹¹⁾ HUGO II 1091.

¹²⁾ Ibid. 1075.

sed de caetero, historia asceterii est omnino ignota. Hugo appellat Harchies praeposituram virginum, quae postea venit sub iurisdictione abbatis de Vermand. Post extinctionem monialium fit prioratus simplex ad nutum abbatis dictae canonicae, quem conferre non poterat nisi canonico Ordinis. Parochia loci, ab anno 1702 unita parochiae de Bohain, etiam spectabat ad abbatiam de Vermand.

Litteratura: HUGO I 799 — IDEM SAM *Ep. Gerv.* nr. 109 — WAEFELGHEM 246 — COTTINEAU 1377 — LONGNON *Pouillés* VI 208 — MATTON *Dict. top. Aisne* (sub „Archies“).

HOF TEN VROUWEN

Curtis Dominarum, Tenvrouwen, Hem, Terra apud Hem, De Hem, 's Heerwillemscapelle (in qua parochia erat situm).

Non longe a civitate Furnensi, de qua vide infra apud Veurne. Dioc. Thérouanne, dein Ieper, nunc Brugge. In Belgio.

Parthenon, fundatus per translationem monialium Furnensium sub abbate Hugone inter annos 1167 et 79, in „villam De Hem“, quae inde appellata est „Curtis Dominarum“ sive Hof ten Vrouwen. Sorores occurrunt adhuc anno 1218, cum enim hoc anno 's Heerwillemscapelle erigatur in parochiam, abbas expresse capellam sororum a iurisdictione parochiali exemit. Nomina trium priorissarum noscuntur: Luwildis, Mathildis et Christianae, ad quam postremam scripsit Urbanus PP. III, eamque vocat priorissam Sti. Nicolai¹³⁾. Quando desierint moniales, nescitur. Saeculo XV locus adhuc vocabatur nomine supra dicto, sed nihil probat sorores tunc adhuc extitisse.

Fontes et Litteratura: HUGO I 589, prob. 479 — WAEFELGHEM 73 — LESCOUHIER I 99, II 221, III 538 — BN IV 37. De cetero vide infra apud Veurne St. Niklaas.

LICQUES B. M. V.

Liska, -scae, -sces, -schae, -skia, -sches, -scha, -skezs, -sques, -squez, -skes, Lysches, Leisceae, Liisques, de Lickis.

Non longe ab Ardres, cant. de Guines. Dép. Pas de Calais, Dioc. Thérouanne, ab an. 1560 Boulogne, in Gallia. (Usque ad saec. XIII, haec regio fuit adhuc linguae flandricaе.)

¹³⁾ Anno 1185. Ibid. II pr. 479.

Abbatia insignis, ex qua processit ramus Ordinis in Anglia. Condita est inter annos 1071 et 78 pro 5 canonicis saecularibus. Fundator fuit, secundum Lambertum de Ardres¹⁴⁾, Robertus de Licques, cognomine barbatus, laicus uxoratus, qui seipsum fecit praepositum; secundum Anonymum Furnensem autem¹⁵⁾ Robertus Friso, comes Flandriae. Quae ecclesia collegiata probabiliter cohaeret aliquo modo cum illa in Ardres, de qua vide infra sub dubiis. Intervallo quodam temporis elapso, ecclesia haec deserta vel diruta, versus annum 1130 a filio fundatoris tradita est canonicis O. S. A. in Watten, sed frustra. Anno 1132 a Milone episcopo Tarruanensi constituuntur ibi canonici Ord. Praem. Filia Sti. Martini Laudunensis, mater de Newhouse. Confirmationes pontificiae an. 1164, 1173, 1183. Moniales fuisse translatas in Serques, non videtur esse certum¹⁶⁾. Ecclesiae incorporatae: Licques¹⁷⁾, Bouquehault, Serques, Herbinghem, Leubringhem, Hocquinghem, Mentque et Northécourt, Moringhem, Boisdinghem¹⁸⁾, Longueville, capella et curia in Vincelles. Canonica, quae refugium habuit in St. Omer, saepius devastata est in bellis, ita ab Anglis s. XIV et an. 1544, et funditus ab Hispanis an. 1674. Anno 1541 fit commendata, an. 1680 separatio mensarum. Reditus annui an. 1751: 13222 Libr. Ab an. 1702 reconstruitur canonica, ecclesia autem annis 1717/47. An. 1719: 18 religiosi, ca 1740: 12, an. 1766: in abbacia 9 canonici, 1 novitius, 1 conversus, 11 canonici in parochiis. Ultimus commendatarius rapacitate sua tantopere exspoliavit et oppressit abbatiam, ut tres tantum religiosi ibi vix potuerint vivere. Anno 1790 suppressa est. Anno sequenti aliquibus Eremitis Ord. Sti. Augustini permissum est, se collocandi in aedibus derelictis, sed mense Augusti an. 1792 et illi sunt ejecti. An. 1794 monasterium solo aequatur, praeter unam alam, quae hodie continet scholam, domum parochi et officia publica. Ecclesia spectabilis, choro et turri an. 1805 orbata, hodie est parochialis.

¹⁴⁾ o. c. infra.

¹⁵⁾ Quem fontem citat quidem HAIGNERE (*Chartes*) o. c., sed non indicat depositum illius. Investigationes nostrae diligentes hac de re fuerunt in cassum, nec reiperitis, quos consulimus, hic fons umquam innotuit.

¹⁶⁾ Vide de hoc loco, et de putativo asceterio „St. Chderampz“ hic infra sub praetermissis et dubiis.

¹⁷⁾ Praeter ecclesiam parochialem, ab abbatali distinctam, exstabat in illa speciale „altare parochiale“ sub invocatione Stae. Ursulae.

¹⁸⁾ Hoc est probabiliter „altare de Boderic“, de quo fit verbum in charta anni 1185 (HAIGNERE 62).

Archivalia: Arch. Dép. Pas de Calais, Arras: Maior pars (11 reg. et 21 fasc.) igne combusta est anno 1915. Supersunt ibi tamen sequentia: 2 voll. „*Procès verb. de visite des Bâtiments de l'Abbaye 1783/85*“ (Sér. H, non coté), ibid. Fonds St. Just MSS 71 et 82 (2 rentalia saec. XVIII), Fonds Le Cat du Bresty Rentale saec. XVIII — Coll. Rodière MS 85 et MS 192; — in eodem archivo sér. A nr. 8, 14, 23, 48, 54, 68, 72, 86, 482, 498. Sér. ¹B 115, 121, 240, 307, 738, 908. Sér. ¹C 208, 213, 222, 241.^{18a}) Sér. ¹G 55 f. XIX. Sér. L: questionnaire de 1790, Licques. Sér. Q: décomptes des acquéreurs 7 doc. — II L. Distr. de Calais (en dépôt aux Arch. Mun. de Calais) 1 fasc. an. 1791. — Arch. Dép. du Nord, Lille Sér. B 112, et nr. 546, 1486 (cf. Rép. Numér. et ISAD) — BN Coll. Moreau t. 55 p. 109, t. 60 p. 47, t. 76 p. 190, t. 80 p. 120, t. 86 p. 229, t. 88 p. 162, t. 93 p. 22, t. 97 p. 73, t. 118 p. 36, t. 125 p. 8, t. 132 p. 84, t. 133 p. 126, t. 179 p. 198, t. 188 p. 14, t. 235 p. 120 — Ibid. Coll. de Picardie t. XXVIII — BMunBoulogne MS 103: Inventarium Archivorum Abbatiae an. 1784, 10 voll. (partim publ. a LA GORGUE ROSNY), MS 213 f. 91/93, MS 443 t. IV, MS 502, MS 578 — BMunCalais: Inventarium archiv. an. 1776 (MS 13) — BMunDouai: MS 818 n. 37, 822 f. 7, 482 — BMun Nancy MS 992 (1757) f. 151, 175 — BRB MS 7750, f. 400/02.

Fontes et Litteratura: LEPAIGE 1074/79 — HUGO II 57, pr. 29/32 — WAEFELGHEM 149 — BERLIERE *Coll. Pont.* 346, 347 — *Cart. Egl. Therouanne* (Cf. Therouanne St. Aug.) cf. ind. — CatMSSBDep VI, XLI cf. indd. — CHEVALIER 1676 — COTTINEAU 1602 — DARAS ANF 69 — DARSY *Bénéf.* II 26 — DEMAY *Artois* 2606/07, 2675/78 — IDEM, CClair nr. 5235 — DERAMECOURT IV 578 — *Dict. Hist. P. de Cal., Arr. de Boulogne* III 128/64 — *Dict. Top. P. de Cal.* 223 — DRAMARD 448 — DUCHESNE pr. 124, 128 — *Epigr. P. de Cal.* III 626, 1068 — *Form. Pr.* 277 — *Gall. Chr.* NX 1617 — GOOVAERTS I 38, 70, 142, 175, 265, 501, II 138, IV 157 — HELYOT II 398 — JAFFE 11075, 12342 — LECESTRE 46 — *Lettr. Clém. VI* (AVB) 186, 434 — LONGNON *Pouillés* VI 720 — MIGNE t. 200 c. 315, 971 — de PAS (cf. Therouanne St. Aug.) cf. ind. 971 — POTTHAST 12657 — *Reg. Ben.* XI cf. ind. — *Reg. Urbain IV* 2038 — STEIN 2100 — A. COURTOIS, *Quelques mots sur l'ancienne abbaye de Licques, à propos d'une note et d'un plan, trouvés dans les papiers de Mr. Dufaitelle* (BSAnMorinie II 1861, 682/88) — D. HAIGNERE, *Chartes de N. D. de Licques* (MSAcArr. de Boulogne XV. 1890, pp. 34/175) — E. HAMY, *Les sac de Licques en 1674. Revue Littér. de Boulogne* I p. 30 — A. de LOISNE, *Le Cartulaire du Chapitre d'Arras*, Arras 1897, pp. 100/01 — L. E. de LA GORGUE ROSNY, *Recherches généalogiques sur les Comtés de Boulogne, de Guines, et pays circonvoisins. Documents inédits.* Boulogne 1877, pp. 53/59 — IDEM, *L'Etat ancien du Boulonnais*, Boulogne

^{18a}) Quae series B et C pariter combustae, ex inventariis tamen sunt notae.

1873, pp. 185/88 — A. de POUQUES d'HERBINGHEM, *L'Abbaye de L.* (*BSAn Pic XIII*, 1877/79, pp. 57/62) — J. F. ROZE, *Notice historique sur l'ancienne abbaye de Licques*, Boulogne s. M. 1882 — LAMBERTI ARDENSIS *Historia Comitum Ghisnensium*, ed. J. HELLER, MGH SS XXIV cf. ind. p. 879.

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. ROZE)

Henricus 1132—49 ¹⁹⁾	Gilbertus ²⁶⁾
Godescalcus 1149/57 ²⁰⁾	Andreas 1299/1304 ²⁷⁾
Godefridus 1162/63	Joannes de Laon 1304—ca. 1319
Robertus 1164/83	Jacobus de Vie 1319/29
Roger 1184 (96?)	Jacqueminus —1332 (idem ac praecedens?)
Goswinus 1159	Joannes 1332—
Wilhelmus 1192/1203 ²¹⁾	Joannes 1362/78
Philippus 1218 ²²⁾	Joannes —ca. 1407 (idem ac praecedens?)
Wilhelmus 1226/27 ²³⁾	Aegidius du Bilch ca. 1407/20 ²⁸⁾
Hugo 1242 ²⁴⁾	Gulielmus ca. 1420
Philippus 1270/76 ²⁵⁾	Nicolaus 1423/47 ²⁹⁾
Balduinus Hircus 1285/88	
Jacobus ²⁶⁾	

¹⁹⁾ H. De LAPLANE, *L'Abbaye de Clairmarais*, St. Omer 1863 p. 337 (1149).

²⁰⁾ HAIGNERE nr. 5 (1155/57). *Cartul. Egl. de Therouanne* o. c. nr. 60 dat abbatem Godescalcum an. 1178, quod videtur esse falsa datatio.

²¹⁾ An. 1192/93 praesidet capitulo abbatum Angliae et Scotiae, cf. COLVIN *The White Canons in England*, Oxford 1951, p. 201.

²²⁾ HUGO II 61.

²³⁾ I. De COUSSEMAKER, *Le Cartulaire de Bourbourg* (vide Veurne St. N.) p. 116.

²⁴⁾ HAIGNERE p. 88, HUGO I. c. (Videtur esse idem).

²⁵⁾ ISAD, *Pas de Calais*, sér. A nr. 23.

²⁶⁾ HUGO, cum abbates sequentes saec. XIV, absque datis quidem, sed ut aliunde patet, recto ordini adducat, probabilius et hos duo abbates recte inseruit.

²⁷⁾ Andreas, canonicus de Dommartin (CALONNE, vide sub hac abbacia, p. 42) ad breve tempus videtur fuisse abbas in Licques, quod patet ex *Reg. Ben. XI* nr. 355. Dein factus est episcopus Noviomensis (Noyon), et obiit an. 1305 (ibid.).

²⁸⁾ Coll. RODIERE 85 (1415). „Bilch“ videtur esse forma corrupta, neque enim est gallica, neque flandrica. Forte postea fuit abbas in Vermand, ubi inter abbates, qui inseri nequeunt, occurrit „Aegidius de Biache“.

²⁹⁾ ISAD Nord Sér. B (Lille 1863) nr. 1465, 1939, 1947, 1950, 1995.

Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

Joannes Fabri 1464³⁰⁾
Joannes Loyse 1483³¹⁾
Aegidius Marchand res. 1500
Carolus de Récourt ca. 1500/05
Dominicus Carnisien 1505/29
Franciscus d'Averoult d'Helfaut
O. S. B. 1529—41
Gabriel de Calonnes 1541—58
Giraldus de St. Paul de Vidossan
1558—1609
Claudius Hureau 1612—32
Aegidius Legrand 1633—39
Alexander Legrand 1639—48

Gilbertus de Clérambault de
Palluau 1648—80
(simul abbas de Lieu Dieu)
N. de Mégrigny 1680³²⁾
Franc. Renatus de Bruc de Mon-
plaisir 1682—1702
Martinus Gravelle de Revesseaux
1702—25
August. Jos. de Monthullé 1725—48
Alexander Lebrun d'Inteville
1748—82
antea abb. Blancalandaec
N. Mazade de St. Hilaire 1782/83³²⁾
Ludov. Henricus de la Fare
1783—90

